

M I M

1 6 4 8





~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi



AMPLISSIMIS DOMINIS CONSULIBUS:  
SPECTATISSIMIS DNN. CAMERARIIS:  
PRUDENTISSIMIS DNN. SENATORIBUS  
Reipub. Francofurtanæ  
ad Viadrum,  
Patronis suis colendis.

Nominatim autem  
HONORATISSIMIS VIRIS,  
Virtute, eruditione, industriâ & experientiâ  
præstantibus:

**DN. CHRISTOPHORO SCULTETO,**  
ex Judice, CAMERARIO recens electo,  
Fautori observando:

**DN. JOANNI WANSERO,**  
L L. Candidato,  
JUDICI,  
Compatri honorando:

**DN. MATTHÆO GASTMEISTERO,**  
**DN. DAVIDI VVETZMANO,**  
in Ordinem Senatorium

cooptatis,  
Amicis perquàm dilectis,  
*Divinum in gubernatione auxilium,*  
*Et honoris omnisq; felicitatis incrementum*  
precatur

**M. JOANNES MOLLERUS,**  
Scholæ Senatoriæ Rector,  
ineunte Anno post CHRISTUM natum  
clō. lōc. XLIII.  
Literis MICHAELIS Kochij.





*Theodoric. Rex, apud Cassiodor.  
lib. 1. var. ep. XIII.*

**Q** Vicquid humani generis  
floris est, habere Curiam  
decet, & sicut arx decus est ur-  
bium, ita illa ornamentum est  
ordinum cæterorum.



Instar a  
Imperio  
Inciner  
Versaru  
Non qu  
Nec mi  
Quinec  
Anno n  
Addec  
Atq; d  
Ille  
Digna  
Pabula  
Prabue  
Supplic  
Quod  
Quem





Unc etiam auspiciis, quod vix spera-  
vimus, annum  
Ingredimur faustis, veteri post ter-  
gare relicto,  
Tot clades inter tristes, patriaq; rui-  
nas  
Funesta infandas, & diri crimina  
Martis,

Instar aquae tetrum qui fundit ubiq; cruorem,  
Impleriq; nequit, cadistam seua libido est!  
In cineres memorabo cada vera fæda domorum  
Versarum, atq; oculos miserè incessantia nostros?  
Non quod vix coit vulnus refricare laboro,  
Nec mihi propositum est sensum renovare doloris,  
Qui nec dum penitus decessit ab ossibus omnis.  
Anno namq; novo faustas emittere voces  
Addecet, & tristes procul amandare loquelas,  
Atq; die ingeminare bono bona verba canentes.

Ille Patris favor & clementia magna supremi  
Digna celebrari & cantari carmine multo:  
Pabula quòd nobis longè suavissima verbi  
Præbuerit, quamvis ingrati turpia iusto  
Supplicio ulcisci posset fastidia mundi:  
Quòd sub clementi degamus **PRINCIP E** vitam,  
Quem reducem nobis Divina potentia sistat,

A 2

Et



Et patria incolumem reddat recteq; valentem;  
Cui sit vita, salus, sceptriq; serena perennis  
Gloria, pacatum regimen, populusq; fidelis,  
Consilium prudens, & felix copia rerum.  
Funditus hanc nostram quod non deleverit urbem,  
Sed medio irarum clemens respexerit aestu,  
Et patrij memor affectus servavit eandem,  
Ocia quod castis dederit mediocria Musis,  
Acceptum omne DEO grati referamus oportet.  
Publica subductis quod non Res tota columnis  
Conciderit subito, rerum tractura ruinam  
Privatarum etiam, (nam publica ubiq; redundant  
In proprios cujusq; lares dispendia & intrant:)  
Quod qui succollent oneri virtute valentes  
Consilioq; viri dia bonitate supersint,  
Sustineantq; humeris molem Telamones honestam,  
Quos pulchre instruxit donis & reddidit aptos,  
Civibus ut possent dare jura fidelibus equa.  
Namq; magistratu careat si vita se vero,  
Quid nisi foeda foret fax & sentina latronum?  
Misceri terram caelo & maria alta videres,  
Et quod quisq; magis polleret viribus audax,  
Impune alterius sine fronte metuq; salutem  
Vexaret, praeda sitiens cupidusq; nocendi:  
Ut solet accipiter teneras invadere aundas,  
Magnus ut ingluvie piscis sorbere minores.

Non

Non ego  
Quo quo  
Quiq; ne  
Esse lupu  
Et melior  
Secla for  
Sicut ubi  
Impete qu  
In scelus  
Nec quisq  
Ut supere  
Sed cito p  
Ni jugula  
Sic quoq;  
Atq; lati  
Desmeren  
Ni steter  
Per vigil,  
Supplicijs  
Iusta pijs,  
Qua duo  
Legis ut e  
Unus ait,  
Non g  
Non reru  
Non urbs



Non ego sim cætu civis miserandus in isto,  
Quo quodcumq; libet, liceat patrare protervè,  
Quiq; negat justo stringi moderamine legum!  
Esse lupos inter malim rigidosq; leones.  
Et meliore loco brutarum longè animantùm  
Secla forent, populis si sit ductore carendum.  
Sicut ubi vastis degunt Cyclopes in antris,  
Impete qui cæco dirisq; furoribus acti,  
In scelus effusis properant dementer habenis,  
Nec quisquam alterius monitùs reveretur & audit.  
Ut superesse diu nequeant pecuaria ruri,  
Sed citò præda lupo fierent optata frementi,  
Ni jugulaturum probiberet fida canum vis:  
Sic quoq; concideret morum celeranter honestas,  
Atq; latrocinij fœdari & cadibus urbes  
Desinerent nunquam, gravibusq; cubilia probris,  
Ni stet in excubijs Custodum cura bonorum  
Pervigil, atq; aditùs sceleri præcludat iniquos,  
Supplicijs fontes mactando, & præmia dando  
Justa pijs, legum qui servant scita bonarum,  
Quæ duo sunt rebus fortissima crura gerendis,  
Legis ut ex septem lator sapientibus olim  
Unus ait, Graja sidus venerabile gentis.

Non genus omne hominum, nō hic vastissimꝰ orbis,  
Non rerum Natura parens, (ita Tullius autor,)  
Non urbs, non regio, sed nec domus ulla perennet,

A 3

Aut



*Aut florem retinere suum queat atq; vigorem,  
Si cauti desit custodia fida magistri.*

*Sicut ubi miscent fremebundi praelia venti,  
Protinus in brevia & Syrtes miseranda feratur,*

*Aut scopulis allisa gemat, pereantq; vehentes,  
Fluctibus absorpti tumidis & gurgite ponti,*

*Si Rectore ratis careat jactata perito,*

*Qui cursus regere & vitare pericula nōrit,*

*Vulturniq; minas eludens arte boantis,*

*In portu sistat latus puppimq; coronet:*

*Sic grandes hominum cœtus hinc indè coacti,*

*Mutuum in exitium ruerent, misereq; perirent,*

*Ni sint, consilij qui dexteritate gubernent*

*Vastæ molis opus, subito ne concidat ictu,*

*Cautè emendantes parituras damna procellas.*

*At non cujusvis ars est operosa regendi,*

*Ingenium poscit solers rerumq; subactum*

*Usibus, illa mares animos & pectus ahenum,*

*Quod neget adversis unguem quoq; cedere latum*

*Rebus, & infringi metuat, tolli' ve secundis,*

*Instructumq; satellitio Virtutis honesto,*

*Temnere quod possit stolidi deliria vulgi,*

*Proterere invidiam pedibus, ridereq; victam,*

*Ad vim munitum, donis violabile nullis*

*Postulat, optato cupiat si fine potiri.*

*Gratia cum primis summi robusta J E H O V A E*

Pagi-



Paginam utramq; facit, momentumq; obtinet omne,  
Quâ sine consilium nihil est, & nomen inane  
Omnis vis hominum, & projectâ infirmior algâ.  
Ille urbi bene si cupiat faveatq; paternè,  
Dat Moderatores sapientes datq; fideles,  
Qui subjectorum studeant sine fraude saluti.  
Qualis MEURERUS Consul clarissimus Urbis,  
Præsidium populi haut dubium, columenq; Senatûs,  
Præterito clavum tenuit qui gnæviter anno,  
Ille gubernaculis harensq; perenniter idem,  
Consilio moderans cursum adjutansq; salubri,  
Masculaq; opponens vesanis pectora ventis,  
Publica ne navis miserè contusa fatiscat:  
Ille mihi cupiens, quod lator jure, Patronus,  
Cum reliquo multâ splendenti luce Senatu.

Vos etiam, titulos nacti cum laude recentes,  
Omnipotens cælos DEUS& sola cuncta gubernans,  
A quo vera fluit sapientia fonte perenni,  
Arma vit multo solertis acumine mentis,  
Ingeniumq; dedit populo non vile regendo,  
Consilijq; cæcis instructum pectus honestè,  
Curia ne mortes pergat deslere priorum.

Ne dubitate igitur, justo præeunte vocatu,  
Atq; Patrum punctis concordibus accersiti,  
Munus ad oblatum ritu transire decenti.

Virtutis specimen dudum SCULTETE dedisti  
Egre-



Egregium, & Patribus studiumq; fidemq; probasti,  
Ad puteal gravitate sedens insigne decorâ.  
Non præstrinxerunt oculos tibi munera sumpta,  
Non ira aut odium glaucoma objecit ob illos,  
Non favor inflexit, non vis perterruit ulla,  
Quominus ex recto ferres sententiam & æquo.  
In quam non præceps aut insipienter iusti,  
Scita peritorum magè sed consulta requirens,  
Partibus indulgens aures utring; paratas,  
Protelare cavens lites, finire laborans,  
Nec multis inhians, quærens' ve infame lucellum.  
Quàm multos stomacho morsûs patiente tulisti,  
Concocti holo communis amore salutis,  
Bilem sæpè tibi moturos atq; tumultum,  
Ni sacra munisset fidum Constantia pectus!  
Obvius est odijs Judex plerumq; malorum,  
Officij partes qui relligiosius implet,  
Et sine personæ discrimine jura tuetur.  
Muneris hinc bellè tibi dant recteq; peracti  
Laudem omnes, cupiuntq; tuo per amanter honori.  
Quid? quòd grande satis tibi jam statuere theatrum,  
Altius ad culmen concordie voce cientes,  
Dum fidei expendunt momenta insignia Patres,  
Et tibi decernunt Cameræ gratanter honores,  
Cujus opes studio valeas augere fideli,  
Pluribus exhaustas damnis varieq; minutas.

Hoc

Hoc  
Quò  
Lan  
Com  
Exer  
Quæ  
In pa  
Dir  
Non  
Inte  
Occi  
Han  
Sat  
Imp  
Bart  
Qu  
The  
No  
Ve  
Sic  
Lu  
In  
Im  
H



Hoc quoque dicendus meritò es mihi nomine felix,  
Quòd successori tibi tradere contigit apto  
Lampada, quo fermè potiore optare nec ausis.

Accipe *WANSERE* officium modò facte Se-  
Commissumque tibi cum laude capesse tribunal. (nator,

Exere, quæ pridem jugi tibi parta labore,  
Quæ tibi sunt studio dudum meditata fideli,  
In patriæ deprome pios feliciter usûs:

Divini monitûs illos scis esse Platonis,  
Non aliâ meliùs patriam ratione piabis,  
In te curarum quàm si devolvere magnam  
Occipias, cùm te jubeant suffragia, partem.

Hanc studia ad metam contendere cuncta necesse est.

Sat gemini pluteos sinuosa volumina juris  
Implevere tuos, tibi plurima dixit in aurem  
Bartolus & Baldus, Doctorum & cætera turba,

Quorum indagasti studiosâ mente recessûs,  
Thesauro potiora legens præcepta parando.  
Non color argento est, si defodiatur, & auro,  
Verum splendorem moderato sumit ab usu:

Sic abstrusa latens virtus & lectio multa  
Luce caret, nulliq; rei est, & nominis expers,  
In commune bonum demum collata nitescit,  
Immortale decus possessor ut indè reportet.

Hic speciosa patet Judex tibi docte palestra,

B

In



In quâ quid valeant licet experiare lacerti,  
Et nisi me fugitat ratio, permulta valebunt,  
Egregiè instructi validis ad munia nervis,  
Ut spem sustineas grandem vincasq; Senatûs,  
Ingenij qui dona tui dignatus honore,  
De te multa sibi & patriæ promittit amatæ.

Sed neq; prætereate **GASTMEISTERE** tacebo.

**GERSTMANO** gaudes socero, primarius Urbis  
Qui Consul priscirectè defensor honesti,  
Morigeros placidâ civis ratione gubernans,  
Auspiciis aperit rursùm felicibus annum.  
Consul erat Genitor, satagens rerum ille suarum,  
Publica dispensans cautè, nec priva profundens,  
Deniq; canitiem senio confectus honoram  
Intulit in tumultum, te successore beatus,  
Ingenijq; hærede sui morisq; paterni,  
Quæsitæq; rei quâ fas & jura sinebant.  
Ergò legens Soceri simul & vestigia Patris,  
In partem egregio vocitaris honore Senatûs,  
Seminis ut possis illum quoq; jure tueri,  
Cui decori spes est te non infirma futurum,  
Si studio Soceri mores imitabere magno  
Compositos, & virtutes hoc Ordine dignas.

Allecte in numerum quoq; tu **WETZMANE**  
Qui cum me puerû vixisset recordor amanter, (togatum,  
Sper-

Sperne  
Eccet  
Inter  
Nete  
Prog  
Consp  
Hoc e  
Consi  
Ut qu  
Publ  
Utre  
Prist  
Incre  
Sum  
Cura  
Non  
Cui  
Et d  
Hof  
At  
Det  
Qu  
Et q



Spernere gratantis nolito verba Camæna,  
Ecce tibi moto se Curia cardine pandens,  
Inter honoratos te vult considerare Patres.  
Ne te pæniteat sanctas addiscere curas,  
Proq; tuâ hanc urbem ne sperne juvare virili,  
Conspicuum dignis orchestram moribus ornans.  
Hoc est quod pietas â cive reposcit amanti.

Concordes sociate operas, succurrite junctis  
Consiliis urbi, civesq; fovete benignè,  
Ut qui dicimini Patres re sitis & actu,  
Publica sollicito quærentes commoda nisu,  
Ut redeat vestra splendor feliciter urbi  
Pristinus, & laudes nunquam dediscat a vitas,  
Incrementa salus populi quoq; grandia semper  
Sumat, & ad summam veniat Res summa bonorum.  
Cura Magistratûs illuc collineat omnis,  
Non tractare suam qui se scit sed **POPULI REM.**

Urbs salve dilecta mihi, celebrataq; doctis!  
Cui tranquilla precor pacata tempora vitæ,  
Et decori reverenter opes exopto tuendo.  
Hospitium in primis **CHRISTI** sis nobile Regis,  
Atq; salutifici, laus hac celeberrima, Verbi.  
Det tibi perpetuò cordatos **JOVA** Magistros,  
Quos velut insignes ostendat Curia gemmas,  
Et qui per vigiles in commoda publica semper

B 2

Inten-

tacebo  
rbis

m,

ANE  
gatum,  
Sper-



*Intendant curas animo tolerante laborum.  
Queis cura pietas, quos ornet debita morum  
Gratia, qui Musas etiam venerentur amentq̄s,  
Doctrinã nec sint alieni prorsus ab omni,  
Qua decus est verè splendorq̄s regentibus ingens,  
Quã sine mutescat quoq̄ Curia sæpè necesse est,  
Et velut effosso dextro tenebrescat ocello.*

*Eja, tuis opta felix Rectoribus arum,  
Consiliis vires, & rebus robur agendis,  
Successusq̄ precare bonos & prospera fata,  
Et jussis legum metuens patienter obedi.*

*Disce tuas animo dotes jactare modesto,  
Utq̄ DEUS proprias tibi servet & augeat, ora.  
Quanquam continuis exhausta subindè tributis,  
Tristibus & passim malè deformatâ ruinis,  
Splendoris multum amisisti & lucis amœna:  
Munifici poterit tamen emendare Parentis  
Dextera, quod damni cunq̄ est, explere lacunam,  
Et patrio priscum vultu revocare nitorem,  
Civibus ut crescas multis, opibusq̄ redundes,  
Pulchrius & nitidâ virtutis luce corusces,  
Gloria quam niveis comitetur vecta quadrigis.  
Fiat id, ô Rector facias supreme regentum,  
Urbis amatores concordî voce precamur!*

✠(o)✠  
✠

DN.  
Reip



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciburo.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,  
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quæ sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumbâ revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiâ rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine charè! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674












B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



115

DOMINIS CONSULIBUS:  
MIS DNN. CAMERARIIS:  
MIS DNN. SENATORIBUS  
ab. Francofurtanæ

ad Viadrum,  
onis suis colendis.

Nominatim autem  
LATISSIMIS VIRIS,  
tione, industriâ & experientiâ  
præstantibus:

OPHORO SCULTETO,  
MERARIO recens electo,  
utori observando:

NI WANSERO,  
L. Candidato,  
JUDICI,  
mpatri honorando:

EO GASTMEISTERO,  
I VVETZMANO,  
dinem Senatorium

cooptatis,  
icisperquàm dilectis,  
ernatione auxilium,  
q̄ felicitatis incrementum  
precatur

NES MOLLERUS,  
e Senatoriæ Rector,  
o post CHRISTUM natum  
o. Idc. XLIII.

MICHAELIS Kochij.